



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

VI. Papst Gregor IX. bestätigt dem Kloster Trebnitz seine Besitzungen im
Lande Lebus, am 9. September 1233.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

IV. Lorenz, Bischof von Lebus, verzichtet auf den Zehent von den 12 Hufen Landes, welche Herzog Heinrich von Schlesien dem Grundbesitz der Stadt Lebus hinzugesügt hat, am 15. Juli 1232.

— — Nos Laurentius, miseratione diuina Episcopus Lubucensis, omnibus hanc paginam inspecturis salutem in auctore salutis. Uniuersitati uestre notum esse uolumus, quod Dominus Henricus, illustris Dux Zlesie senior, ad quadringentos Manfos, quos deo et Beate Marie virgini in Lubens et in Trebenize, sancto Bartholomeo contulit, alios Manfos Duodecim addidit Aduocate Ciuitatis, Lubes nomine construende in Territorio antedicto. De Manfis istis Duodecim, sicut de predictis quadringentis Manfis, de consensu Capituli nostri, ad honorem dei et Beate Marie virginis in Lubens et in Trebenize, omne ius nostrum de decimis relaxamus domibus iam predictis. Et ne super hoc possint a quoquam hominum predictae domus in posterum molestari, prefens scriptum Sigilli nostri munimine roboramus. Acta sunt hec in Borec, Anno gratie M^o. CC^o. XXXII^o. XVIII^o. Kalendas Augusti.

Wohlbrück I, 63.

V. Papp Gregor IX. bestätigt den Klöstern Lebus und Trebnitz die 400 Hufen Landes zu Müncheberg, am 11. Februar 1233.

Gregorius episcopus, seruus seruorum dei — Abbati Lubensi et Abbatisse Trebenicensi et eorum Conuentibus — — uestris iustis precibus inclinati Quadringentos magnos Manfos in Municheberc cum lacubus et aliis pertinentiis suis a nobili uiro Henrico, Duce Zelesie et dictorum manforum decimas a venerabili fratre nostro Laurentio Lubufenfi, Episcopo Capituli sui accedente consensu — Monasteriis uestris communiter — concessa — — confirmamus. — — Dat. Anagnie, iij Idus febr., pontificatus nostri Anno sexto.

Wohlbrück I, 109.

VI. Papp Gregor IX. bestätigt dem Kloster Trebnitz seine Besitzungen im Lande Lebus, am 9. September 1233.

Gregorius episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis in christo filiabus. Abbatisse ac Conuentui Trebinicensi, Cisterciensis ordinis, Wratislauiensis diocesis, Salutem et apostolicam

benedictionem. — — Mansos, quos nobilis uir Henricus, Dux zlesie, in Territorio Lubucenfi et eorundem Mansorum, ac de platkou decimas, quas venerabilis frater noster Episcopus et dilecti filij Capitulum Lubucense, sicut spectabat ad eos, uobis et Monasterio uestro pietatis intuitu liberaliter contulerunt, prout in instrumentis eorum inde confectis dicitur contineri, sicut ea omnia iuste ac pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum — — Datum anagnie V. Id. Septembr. pontificatus nostri anno Septimo.

Wohlfürst I, 112.

VII. Erzbischof Willbrand von Magdeburg bestätigt das Kloster Trebnitz im Besiß seiner im Lande Lebus in der Gegend von Müncheberg gelegenen Güter, am 30. April 1244.

Wilbrandus, de j. gracia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, vniuersis Nobilibus, Fidelibus et Ministerialibus Magdeburgensis ecclesie presentes litteras inspecturis, Salutem et omne bonum. Cum ecclesiastica defensione merito gaudere debeant et tutela ea, que ad usus pauperum sunt specialiter deputata, notum esse uolumus christi et ecclesie nostre fidelibus vniuersis, quod nos — — ecclesiam religiosam et locum venerabilem in Trebenitz, scilicet in quo cottidiano obsequio famulantur altissimo serui eius, cum personis, rebus mobilibus et immobilibus, villis Trebenitz, Januelde, Bocholt, Goleistorp, Grangiis, aquis, pascuis atque pratis, que in nostro dominio nunc jure possident aut sunt auctore domino in posterum possessuri, ea precipue que in terra Lubus nomine et auctoritate Magdeburgensis ecclesie iam ceperunt, in defensionem et protectionem nostram recipimus, et nostra omnimodis protectione gaudere volumus atque pace. Volentes igitur ut dicta ecclesia contra eos, qui suis nituntur possessionibus aduersari, huius nostre tutele se remedio tueatur, nostris specialiter fidelibus, qui Magdeburgensis ecclesie fidelitatis sunt et obsequii debitores, demum christi fidelibus vniuersis in remissionem iniungimus peccatorum, ut sepe dictam ecclesiam in iuribus et possessionibus non offendant, imo ipsam dei et nostre dilectionis intuitu protegant et defendant: Ad euidentiam igitur protectionis nostre presentem paginam conscribi fecimus et Sigilli nostri munimine roborari. Datum anno gratie M^o. CC^o. XLIII^o Nienburch, pridie Kalend. Mai, Pontificatus nostri anno Nono.

Wohlfürst I, 31.